

ARTICULUS XIV.

De quibusdam effectibus communioribus
Negligentiæ.

Inter alios effectus negligentia, qui unum statum personarum non excedunt, & de ijs agemus in secunda parte hujus tractatus, ubi de negligentia in particulari, & sunt aliqui effectus negligentia communiores, qui scilicet non in uno tantum statu personarum, sed vel in omnibus, vel in pluribus habent locum, & de his in presentia articuli est agendum; glos. in l. mora Vers. difficilis ff. de Usur. quinque enumerat effectus, sed plures alios enumerabimus.

2 Primus autem effectus communis omnibus statibus personarum est prescriptio; Gratian. discept. for. c. 602. num. 15., Spada conf. 20. num. 7. lib. 3., nam propter negligentiam veri Domini, in recuperanda re sua, ab alio bona fide possessa, in pœnam illius negligentia currit prescriptio, & amittit, non solum possessionem civilem, ut est tex. in l. si de eo fundo §. si forte colonus, ibi cum Dominus possessionem adipisci neglexerit, ibique glos. in Vers. neglexerit, & est tex. in c. vigilanti ibi (propter vitandam miserorum segnitiam, l. 1. ff. de usucap., Gomef. in reg. de Trienali sub quest. 28. Vers. in primis igitur Castr. alique scribentes ff. de acquir. vel amittent. possess., sed etiam amittit dominium, Gratian. discep. c. 602. n. 15., Castr. conf. 466. num. 2. tom. 2., Ancaran. ad reg. possessor. mala fidei num. 1. post medium de reg. Jur. in 6., Marefcot. variarum resol. lib. 2. c. 67. n. 8., & ad nostrum Statutum Ferrar. Pigant. lib. 2. rub. 128. num. 2. 3., & 4.

3 Et quod in pœnam negligentia creditorum prescribatur via executiva ex statuto, aut Jure municipali disposita, quæ prescriptio inducitur in odium negligentis agere, & differentis exequi, dum posset. Bartol. in l. 2. §. si rem alienam num. 2. ff. pro emptore; Abbas in c. illud num. 12. de prescript., Alex. in l. ex hoc edicto 3. num. 9. ff. de eo per quem factum erit, quo minus, Carleval. de Judic. tit. 3. disp. 4. num. 23., Rota in Romana Salviani coram Merlino 20. Novembris 1630. num. 16. tom. 1. p. 5. recent.

4 Ita pariter civilis possessio amittitur per negligentiam decem annorum ad effectum, ut amplius eidem negligenti non competat manutentio; l. licet ubi glos. in Vers. temporis injuria C. de acquir. possess., Rota post tract. Cencii de cens. decis. 242. num. 7. 8., & post Postb. tractat. de manut. decis. 86. num. 4. coram Corduba, & decis. 298. coram Coccino; idemet Postb. tract. de manut. observ. 58., ubi latè hanc materiam, amissa autem possessione naturali, & civili ex negligentia cursu decem annorum, quia qui ante possidebat, neglexit recuperare naturalem possessionem, post decem annos presumitur deposuisse animum possidendi, unde ei non datur manutentio; Ridolphin. praxi Judic. p. 2. c. 5. num. 78.

5 Ut autem ex negligentia predicta presumatur, deposuisse animum possidendi & sic se habere pro spoliato, requiritur, ut tertius possessionem naturalem occupaverit, si rei corporalis, vel si rei incorporalis, requiritur negatio præstationis cum acquiescentia partis, ut latè Postb. supra num. 7. 8. 9.

6 Sed an prescriptio decennalis habeat locum, & intret, ubi constitutarius possidet virtute clausulæ constituti, si per decem annos non consequatur actualem rei possessionem, ita ut post decennium non ei competat manutentio in pœnam negligentia pro ut vidi dubitari ex facto, & dubitandi rationem affert, quod scripsit Bald. conf. 150. num. 7., cui plures insignes J. Consulti subscripserunt tom. 2., ubi, quod marito habente possessionem per constitutum, si non appareat de nova apprehensione ejusdem mariti, dicta possessio propter negligentiam ipsius decennio continuatam, fuit amissa, arg. l. furtum §. 1. ff. de usucap. l. si de eo §. si forte ff. de acquir. possess., quibus, & aliis citatis notavit Tiraquell. in tract. de Jure constit. possess. limit. 21. num. 1. 2. 3.

7 Sed non habere locum respondendum est, quia cum clausula constituti transferat utramque possessionem, scilicet naturalem, & civilem in constitutarium; l. quod meo in princi-

principio ff. de acquir. possess., Beroi. conf. 41. num. 12. lib. 3., Mantica de tacitis, & ambig. convent. lib. 13. tit. 23. num. 14., Gratian. discept. for. c. 954. nu. 2., Tiraquell. tract. de jur. const. p. 1. n. 4., ita ut penes constituentem non remaneat, nisi nuda detentio, Postb. tract. de manut. obs. 20. num. 8., Rota diverfor. 766. n. 5. p. 1., & in Romana honorum coram Remboldo decis. 26. num. 3. impressa post d. tract. Postb., cum aliis pluribus eod. num. 8. allegatis, ita ut non requiratur alia apprehensio. Bartol. in l. quedam mulier ff. de rei vindic., Angel. in l. 2. C. de acquir. possess., Jo. Baptista Costa tract. de clausulis conventional. claus. 22. num. 3., & in praxi conventionali p. 1. num. 168., Sperell. decis. 171. num. 6.

8 Sequitur, quod constitutarius semper perseverat in sua possessione civili, & naturali simul, possidendo per alium, unde non solum cursus decennii, sed neque centum annorum, sufficiat, ut constitutarius dicatur negligens in recuperanda, vel consequenda possessione naturali, sed continuat semper in possessione absque temporis præfinitione, ad effectum obtinendi mandatum de manutendo; Gratian. discept. for. c. 310. num. 52. 53. c. 384. num. 32. 33., Rota in lunen. Sarzanen. pensio. coram Remboldo decis. 143., impressa post tract. Postb., & coram Manzanedo decis. in Aquileg. pensio. 20. Martii 1610. aliisque allegatis pluribus, Postb. observ. 58. num. 13., ubi num. 17., quod licet alius occupaverit possessionem, tamen possessio civilis presumitur continuata, data ignorantia occupationis; Mantica decis. 172. num. 5., Addent. ad Greg. decis. 307. num. 26.

9 Et ne currat decennalis prescriptio, ad effectum manutendi, sufficit possidere, vel per se, vel per alium. Rota decis. 496. num. 3. p. 4. Recent., & coram Coccin. in Colimbrien. præsumtionum impressa post d. tract. Postb. decis. 554. num. 2., & ibid. decis. 631. nu. 7., & decis. 638. num. 1., & 21., quæ cum aliis allegatis sequitur Postb. dictam observ. 58. sub. num. 3., quia constitutarius semper suo nomine, alieno tamen corpore possidet, l. 3. §. saltus ff. de acquir. possess., Sperell. decis. 171. num. 31.

10 Ita pariter ex parte constituentis, qui scilicet per clausulam constituti, constituit se possidere nomine ementis, seu alterius constitutarii, non potest decennio prescribere; quia alieno nomine possidens, non sibi, sed

alteri possidet, quod obstat prescriptioni, c. si diligenti. 17. de prescript., c. Clerici ibique glos. in Vers. in Jus proprium 16. quest. 3., etiam si habeat licitam rei detentionem, etiam cum titulo commodati, vel præcarii, quia semper vititur re tamquam aliena; l. offitium 9. ff. de rei vindic., l. rei commodati ff. commodati, §. possidere insit. de interd., hinc sequitur, hujusmodi detentori, non competere remedium restitutionis, si à Domino eiciatur; Menoch. de recup. remed. 1. num. 63., & seqq. constitutario vero pro recuperatione competit actio spolia, Sperell. decis. 171. num. 8.

11 Hinc etiam est, quod constituens, si ex conventionem solvat annuam pensionem constitutario, & tandem denegat eam solvere, non idem constitutarius amittit possessionem rei; sed perseverat in sua quasi possessione, ut glos. per tex. ibi in Vers. debeat in l. 2. C. de prescript. 30., vel 40. ann., quod intellige, nisi constituens denegando annuam pensionem, denegaret animo occupandi rem, & sibi possidendi, quia tunc à die occupationis inciperet currere tempus decennii, denegans enim annuæ præstationis solutionem, per acquiescentiam partis, quæ petierat, constituitur in quasi possessioni negativa. Rota in Colonien. præcedentia coram Ubaldo impressa post d. tract. Postb. decis. 33. num. 1., & decis. 86. num. 8. coram Corduba, & tradit idem Postb. obser. 58. num. 9. id.

12 Non obstat aliquos D.D. tenuisse, quod contra constitutarium possit decennio prescribi, quos refert: Tiraquell. tract. de jure constituti poss. limitat. 21. num. 1., quia optime idem Tiraquell. num. 9. explicat, & concordat DD.; quod ij, qui dicunt contra constitutarium posse prescribi, id habeat locum, quando res non à constituyente, sed ab ejus hærede, vel aliquo tertio occupatur, quia tunc constitutarius debet rem ab illo tertio occupatam recuperare, & non recuperando sit negligens, & in pœnam negligentia currit prescriptio, hæredes enim, vel tertius occupando, presumuntur sibi, non constitutario possidere, & in eo casu constitutum definit operari. Jo. Baptista Costa tract. de ratione ratae quest. 190. num. 3., at DD. qui negant contra constitutarium prescribi, id dicunt vivente ipso constituyente, qui non sibi possidet, sed semper presumitur possidere alieno nomine, & non sibi.

13 Nec potest incurrere negligentiam constituta-

stituaris, casu quo constituens mutaret animum, id est, inciperet habere animum possidendi sibi, & occupandi rem, quam antea alieno, nempe constitutarii, nomine possidebat, quia de tali occupatione, & animi mutatione nullum extrinsecum argumentum constat, & constitutarius habet iustam ignorandi causam; mutatio enim voluntatis in malum, non præsuntur, quia delicta non præsuntur, *l. merito ff. pro socio, l. Prætor §. docere ff. de vi bonorum raptorum, c. estote de reg. Jur., Farinac. in praxi q. 85. num. 26., Barbosa de axiom. Jur. axiom. 68. num. 14., tum quia nemo debet, nec potest, mutare voluntatem in præjudicium alterius, cui sit Jus quæsitum. Bald. in l. si cui dotem §. eo autem tempore num. 7., & ibi Paul. de Castro. num. 9., Angel. num. 3., Immo num. 11. ff. sol. matrim.; Ruin. conf. 132. num. 3. lib. 5., Rota apud Greg. decis. 362. num. 8., ibique addent, & in Romana census 15. Junii 1640. §. nullitati coram Peutingerio, & in Romana depositi decis. 475. num. 2. 3. impressa post Cenc. de cens. & in Sipontina pensionis 8. Junii 1648. Vers. tum quia coram Peutingerio; quod voluntatis mutatio in malum non præsuntur, est tex. in l. eum qui ff. de probat. c. scribam de præscript., ubi Barbof. num. 2., Menoch. conf. 317. num. 29., Gratian. decis. March. 19. num. 27., & decis. 43. num. 23., & latè Barbosa tract. de axiom. Jur. axiom. 230. num. 7.; ideoque constituens, etiam si viveret per centum annos, & rem detineret, numquam præscriberet, quia numquam præsuntur occupasse. Tiraquell. d. limitat. 21. num. 9.*

14 Nec constitutarius præsuntur negligens; Tiraquell. d. limitat. 21. num. 6., ubi à num. 9. ad 13., & seqq., quod tunc tantum incipit negligentia constitutarii, quando res ab aliquo tertio occupatur, quia tunc debet scire à quo res sua detineatur, ut de beneficiato dixit Rota decis. 123. post Posib. de manut., & ubi iusta est ignorandi causa, tunc negligentia non imputatur Alex. conf. 1. num. 15. lib. 4., Cast. conf. 47. num. 1. lib. 2., Decius conf. 44. num. 6. lib. 1., quia alias nesciens æquiparatur impotenti, *l. annus ff. de calumn.; l. in actione Vers. planè ff. de furtis, l. argentum ff. commod.; facit tex. in c. quia diversitatem de concess. præben.; & ibi glos. in Vers. notitia, & Barbosa cum allegatis decis. & D. D. in c. eo num. 12., Rota decis. 621. num. 3. p. 1. tom. 1. recent.*

15 Tum etiam quia constitutum, solum

expirare videtur, & extingui, morte constituentis, & ab inde amplius non operari; Marta clausul. pis. claus. 20. num. 9., & 10., Rota impressa post Posib. decis. 28. num. 4., & decis. 89. num. 7., & idem Posib. observ. 20. num. 5. Paris. conf. 90. lib. 2. num. 21., Beroi conf. 58. num. 14. vol. 3., Surd. conf. 116. num. 25.

Leges ergo aded detestantur negligentiam, ut in illius odium, data bona fide possessoris, præscriptionem admittant; immò ex sola negligentia domini 30; vel 40. ann. possessor præscribit Bartol. in l. naturaliter num. 3. ff. de Usucap.

16 Immò non defuerunt, qui in odium negligentiae, etiam in actionibus personalibus cum mala fide, concesserint præscriptionem, ad tex. in l. 3. C. de præscript. 30., vel 40. annorum, quam non esse correctam dicunt per c. fin. de præscript., quorum tamen sententiam merito improbat GIBELIN. de negotiat. lib. 5. cap. 5. art. 4. num. 8.

17 Hinc fit, quod cum impeditus agere, non sit negligens, ita contra impeditum, non currit præscriptio, quia deficit negligentia, & sic debet cessare eius effectus; Pinel. in Auth. nisi nu. 42. 43. C. de bon. mater., Flam. Paris. de ressig. benef. lib. 71. quæst. 13. nu. 11., Roland. conf. 81. nu. 38., Mascard. de prob. concl. 7. nu. 11., Barbosa ad c. ex transmissa per tex. ibi nu. 3., & in c. quam sit nu. 8. de elect. in 6., Balbus tract. de præscript. p. 1. sextæ partis princip. num. 25. 26. fol. mibi 200., ubi quod si impedimentum sit facti, nec facta sit protestatio, datur restitutio in integrum.

18 Ita, & contra ignorantem, non currit præscriptio, quia propter ignorantiam, impeditur agere, ex quo fundamento pupillus, aut minor, ex capite ignorantiae, restituitur in integrum, etiam in præscriptione conventionali, ex contractu inito cū defuncto, cujus est hæres, Bald. de præscript. fol. mibi 202. num. 29. & seqq.

19 Sed contra prædicta videtur facere; primò, quia contra Ecclesiam currit præscriptio saltem 40. annorum, ut ex toto tit. de præscript. constat, & tamen in pœnam negligentiae ipsius Ecclesiae esse non potest; secundo, quia contra ignorantem currit præscriptio, ut latè probat Balb. in tract. de præscript., quartæ partis princip. quæst. 28., ubi num. 2., sive sit ignorantia juris, sive facti, & tamen ignorans non est negligens, Gaill. præct. observat. lib. 2. observat. 105. num. 6., Paul.

6., Paul. de Casfr. conf. 30. num. 17. vol. 3. Jo. Baptista Costa tract. de facti scient., & ignor. inspect. 85. num. 15. Tertio, quia data mala fide in possessore, etiam si Dominus sit negligens, non currit præscriptio reg. 2. de reg. Jur. in 6. Quarto, quia laici nunquam præscribunt decimas, contra Ecclesiam, quantacunque sit negligentia in Ecclesia, seu ministris Ecclesiae, c. causam quæ de præscript., Monet. de decimis c. 5. an. 114., Jo. Monach., & Jo. Andr. in c. 2. de præb. in 6. Quinto, quia contra agere non valentem, currit præscriptio, saltem immemorabilis; Socin. conf. 76. num. 85., cum seqq. vol. 1., Peregr. de Jur. pbisc. lib. 6. tit. 8. n. 17., ubi tamen, quod hæc regula non habet locum in iis, quæ ordine successivo, de uno in alium deferuntur, veluti in fideicom. feudilibus, majoratibus &c. attamen, ubi habet locum, ibi non est negligentia, quia de intrinseca ratione negligentiae est, quod nullum extet impedimentum, & facit reg. imputari non debet 41. de reg. Jur. in 6., non igitur præscriptio est effectus negligentiae, quia vel quandoquæ currit præscriptio, ubi non est negligentia, vel non currit præscriptio, licet ibi sit negligentia.

20 Attamen prædicta, & similia facilè solvantur; ad primum dico, si ipsa Ecclesia non est negligens, eius tamen Prælatus negligens est, idèd supra dixi, negligentiam Prælati nocere Ecclesiae, c. auditis de in integr. restit., ubi quod Ecclesia restituitur in integrum, ut hoc saltem modo sublevetur contra præjudicium, à suo Prælato, causatum.

21 Ad secundum, currere præscriptionem, quando ignorantia non præsuntur, sed negligentia præsuntur, ut latè in suis casibus ostendimus supra, & in casu præscriptionis num. 20.; stante enim temporis lapsu, statim juris præscriptio intrat, quando qui non egit fuerit negligens; quia verò hæc est negligentia præsumpta, adversuseam, ex capite ignorantiae, conceditur remedium restitutionis in integrum, ut latè ostendit. Odd. de rest. in integr. p. 1. q. 8., & 9. fere per totum; Dixi, (quando ignorantia non præsuntur,) ut in facto proprio, vel aliis casibus, de quibus latè, Farinac. frag. crim. littera I. nu. 233., & seqq., at in facto alieno, regulariter, ignorantia præsuntur, Farinac. supra num. 91., & 131., & quando ignorantia præsuntur, tunc qui allegat præscriptionem, debet probare negligentiam, & sic scientiam eius, contra quem

præscripsisse contendit, Otobon. decis. 51. n. 3. & debet probari scientia cum suis qualitatibus: Rota decis. 428. num. 1. p. 1. divers., Buvat. decis. 774. num. 5. 6., Otobon. d. decis. 51. num. 7.

22 Ad tertium respondet, Ancharan. in ea reg. 2. num. 1., id evenire, propter periculum animæ, detinentis rem alienam, in mala fide, ut est clarus, tex. in c. fin. de præscript., ubi quod derogandum sit constitutioni, atque consuetudini, quæ absque peccato mortali, non potest observari.

23 Ad quartum, id dicimus evenire, obstante incapacitate in laicis, præscribendi jura spiritualia, ut apertè in eodem c. causam quæ de præscript.

24 Ad quintum, dico, tunc non esse in pœnam negligentiae, sed ob publicam utilitatem, ad sedandas lites, & ne dominia rerum perpetuò remaneant in suspenso, & ad sedandas, possessorum, conscientias; vel dicas, quod tunc punitur sine culpa, sed non sine causa publicæ utilitatis, juxta reg. sine culpa 23. de reg. Jur. in 6.

25 Ad hæc notandum, quod dixit Rota coram Lita in Ariminen. Legati, quæ est decis. 17. in posthumis, Farinac. num. 3., quod negligentia in creditore, ad effectum præscriptionis, considerari non potest, ubi creditor longè plus in manibus habeat, quam ipse prætere de jure possit; quod notandum est in casibus administrantium bona debitorum. Sciens ergo Jus suum esse salvum, non patitur præscriptionem, quia non est negligens. Gratian. discept. for. c. 602. num. 15.

26 Secundus effectus, communis negligentiae est, quod negligentibus jura non subveniunt, *l. non enim negligentibus ff. ex quibus causa mai., l. si pupillus in fine ff. de bis, quæ in fraudem credit. fiunt.*

27 Tertius effectus communis, licet non omnibus, pluribus tamen est, quod negligenti, in regimine, datur coadiutor, tex. in c. grandi 2. de suppl. neg. Præl., & latius dicam infra de iudice, quia nemo debet esse negligens, in suo officio, *l. si duas §. nemine ff. de excusat. tutor., l. Divus Marcus in fin. de off. Præsid., ita & tutor negligens, ab officio removetur, l. eum qui C. de procur.*

28 Quartus effectus est, quod negligens, & morosus, tenetur ad lucrum cessans, & ad damnum emergens, quæ ex sua negligentia alicui fortè proveniant, vel ad interesse, *l. qui solidum*

solidum §. etiam ff. de leg. 2., l. lectos cum seqq., & ferè per totum ff. de periculo, & commo-
rei venditæ, l. is qui fideicommissum 26. ff. de leg.
3., l. patronus liberti 39. ff. eod., Rota Genuæ
decis. 3. num. 8., & 9., & decis. 200. num. 3.,
Asiēt. decis. 80. num. 8., decis. 279. num. 7. 8.,
Gibelin. de usur. lib. 2. c. 6. art. 3., & seqq., Tu-
scus V. negligentia concl. 33. num. 15., Cerro de-
cis. 100. num. 3., & latius comprobabo artic. de
debitore negligente, nomine autem interesse,
non intelligas usuras, quæ in iure damnan-
tur, sed intelligas lucrum cessans, aut dam-
num emergens, & videnda est, glos. in l. mo-
ra in V. difficilis, & V. hæc autem mora ff. de
usuris, l. 1., l. cum inter C. de periculo, & com-
modo rei venditæ, ubi quod periculum rei spe-
tat ad morosum, & negligentem, etiam si
naturæ cursu pereat, & æque perijisset apud
creditorem; Morla in emporio Juris civilis p. 1.
tit. 9. in proem. num. 107., Barbosa in d. l. cum
inter C. de jur. dotium num. 2. 3. 4., ubi agen-
do de emptore, & venditore, intelligendum
notat, si emptor prius obtulerit pretium rei
venditori, nam ante oblationem pretii ven-
ditor ad rei venditæ, traditionem, non tene-
tur, & tamen periculum erit emptoris. Surd.
cons. 101. num. 1., & seqq., Steph. Gratian. di-
scept. for. c. 323. num. 1., & seqq., ex ea reg.,
quod in contractibus reciprocis, qui vult aliū
constituere in mora, debet ex parte sua prius
adimplere; Mascard. de prob. concl. 1393. nu-
7., Surd. decis. 179. nu. 26., & dicto cons. 101.
num. 1., maxime si creditor eam rem distra-
xisset probabiliter, antequam periret, si sibi
tradita fuisset debito tempore, & loco; nam
ut observat d. glos. in V. quantum habet effectum,
satis est enim, quod res apud actorem, seu
creditorem, potuit non perire, puta, quia
potuit eam vendere antequam periret, ut est
tex. expressus in l. cum res legata §. item si fun-
dus ibi, (potuit enim eum acceptum legata-
rius vendere) ubi, & glos. in V. vendere plures
allegat concordantias, vel quando venditor
promisit consignare scripturas, in quibus pro-
bantur jura vendita, eis non consignatis,
emptor non est negligens, si pretium conven-
tum non solvat. Cerro decis. 801. num. 1., ad
tex. in l. Julianus §. offerri ff. de action. empt.,
& decis. 880. num. 2., & 5.

Ex quibus dicam infra de hærede, quod
si sit negligens, & morosus in re legata fru-
ctifera tradenda, ipse hæres tenetur, non
solum de fructibus, sed de omni damno, &

rei periculo, l. mulier §. si hæres, l. postulante
§. 1. ff. ad Trebell., Gratian. discip. for. c. 220.
num. 20.

29 Quintus effectus est insipientia, quia
negligens insipiens, & ignorans est, negligenti-
tia enim noverca est eruditionis, ut dicitur
in c. nihil illo dist. 83. in fin., Card. in Clem. 2.
§. 1. de sepult., Speculator de Advocato V. nono
V. item cautus, ex quo postmodum plurimi
sequuntur errores, tamquam partus ex ne-
gligentia, & ignorantia concepti, ac proge-
niti, c. ignorantia dist. 38., eo quia negligenti-
tia edit disciplinam, & eruditionem; hinc
ut dicit Chrysost. super Math. ignorantia negli-
gentiæ filia esse dicitur, quod vitium turpe, &
periculosum est, & Seneca ad Lucul. Epist. 1. tur-
pissima tamen est jaçtura, quæ per negligentiam
fit, periculosissima autem est, quoniam ignorantiam,
quæ filia est negligentiam, mater est omnium erro-
rum; Turrecrem. ad d. c. nihil illo in fin. dist. 83.
nihil ergo mirum, si negligentia omnia lædit,
§. sed & pigritiam collat. 6. Authent. de questori-
bus, & l. perult. C. de collat.; ita & ignorantia
interpretatur, eruditionis negligentiam, idem
Turrecrem. in c. ignorantia dist. 38., Beda in
Math. c. 13. ait (sepe ingeniosus Doctor se pri-
vat sapientiã negligendo, quam simplex §. & Stu-
diosus laborando degustat) & iterum Chrysost.
in Math. hom. 46. (cum enim quispiam desiderat,
ac magno studio, ac cura virtutem inquirat, tunc
ei ex Deo cuncta præstabuntur, cum autem nullo
studio, atque voluntate, ad rectè faciendum pro-
nus est, tunc ei divinum auxilium non concedi-
tur, & quod etiam habet, auferretur ab eo) &
iterum, (qui etiam gratiam sermonis, & doctri-
næ ad proficiendum habet, non utens ea, gratiam
perdit, qui autem studium adhibet, amplum ac-
rabit donum) Hieron. in c. 25. Math. (multi
etiam cum sint sapientes naturaliter, & habent
acumen ingenii, si fuerint negligentes, & descidia
bonæ naturæ corruperint, ad comparationem eius,
qui paulum tardior labore, & industria compen-
savit, quod minus habuit, perdunt bonum natu-
ræ, & præmium, quod eis fuerat repromissum,
vident transire ad alios) idem text. ait de negli-
gente, eicite eum in tenebras exteriores, quia lu-
men scientiæ non comparabit, quod Math. 25. n.
30. inutilem servum eicite in tenebras exte-
riores.

30 Sextus effectus, qui moralis est, & ani-
mam respicit, quod Diabolus multum præ-
valet negligentibus, tentatione facilius pro-
sternit, ut dicit D. August. serm. 197. de
tempo-

tempore circa medium, ibi, sed dicit aliquis,
si alligatus est (nempè Diabolus,) quare ad-
huc tantum prævalet? verum est fratres caris-
simi, quia multum prævalet, sed tepidis, & ne-
gligentibus, & ad corruptionem optimi mul-
tum efficax est negligentia.

31 In hujus mundi tentationibus positus
negligens, de facili in malum, & deinde in
pejora prolabitur, audi D. Greg. in 3. pastoral.
admonitione 32. ubi ait, iu medio mari dormit,
qui in hujus mundi tentationibus positus, provide-
re motus irruentium vitiorum, quasi imminentes
undarum cumulos negligat, & quasi clavum gu-
bernator amittit, quando mens ad regendam na-
vem corporis studium sollicitudinis perdit, ad quod
facit exhortatio Psalmi 49. (hodie si vocem Do-
mini audieritis, nolite obdurare corda vestra.)
Addamus aureum Jo. Chrysost. dictum hom. 27.
in Math., nempè (novimus multos ad ipsius pro-
pè Cæli verticem consendisse virtutum omnium par-
tes, numerosque illustrium exercitationum habuisse,
deserta, deviatque loca, à vita hominum alie-
na colluisse, & neque feminam, vel in somnis qui-
dem vidisse, & tamen negligentia lapsos ad vitio-
rum baratrum devenisse;) Hinc Petrus 1. Epist.
c. 5. omnes admonet (Sobrii estote, & vigilate,
quia adversarius vester Diabolus tamquam leo ru-
gens circuit querens quem devoret) ad effectum
igitur, ut quis devoretur à Diabolo, idest ad
vitia trahatur, sufficit si dormitet, hoc est
negligenter se habeat, ita & Greg. hom. 13. in
Evang. ait (vigilat, qui à se corporis, & negli-
gentiæ tenebras pellit,) quod Christus Domi-
nus operosius docuerat; Lucæ 12. si sciret pa-
ter familias qua hora fur veniret, vigilaret uti-
que, & non sineret perfodi domum suam, quod
ergo fur, idest Diabolus domum, idest ani-
mum effodiat, spolia abstrahat, virtutes ever-
tat, sola negligentia causatur.

32 Septimus effectus est, quod divina gra-
tia negligentibus auferretur, sic dicit Domi-
nus Math. 13., quod enim habet auferretur ab eo,
& Math. 25. Lucæ c. 8., & Marci 13. in fine,
jubet omnibus vigilare, ne quando venerit re-
pentè inveniatur dormientes, eosque repellat,
ac dicat nescio vos, & quod à negligente au-
ferretur, diligenti dabitur, ut per parabolam
de decem mnas Ecclesiam suam erudivit Do-
minus Jesus.

33 Octavus effectus, quod si agatur de lu-
cro captando, & quis ex ignorantia Juris ne-
gligentiam continente non acquisivit illud lu-
crum, in penam suæ negligentiam non resti-

tuitur in integrum, seclusa autem negligenti-
tia ex capite ignorantiam restitueretur, Odd.
de rest. in integ. prima p. q. 8. num. 85.

34 Nonus effectus est, quod constitutarius,
qui de Jure in vim clausulæ constituti habet
possessionem veram, & realem rei acquisitæ,
ita ut eidem aquirenti competant omnia re-
media possessoria. Osasch. decis. 133. num. 7.,
Greg. decis. 437. num. 2. ibique Beltram. num. 6.,
tamen si fuerit negligens, & permittat rem
ab alio occupari, quia tunc videtur suspicari
se posse repelli ob talem negligentiam, non
amplius ei competunt hujusmodi remedia pos-
sessoria. Rota decis. 694. num. 8. p. 1., & decis.
34. num. 2. decis. 65. num. 8. p. 6., & decis. 181.
num. 5. p. 7., quod tamquam effectus negli-
gentiæ notavit Ridolphinus in praxi judiciaria
p. 2. c. 5. num. 36., & diximus supra de con-
stitutario.

35 Decimus effectus est, ut spoliatus ne-
gligens, post decem annos intentare remediū
canonis reintegranda 3. q. 1., amittat ejusdem
canonis remedium, & beneficium. Gabriel.
comm. concl. lib. 5. de rest. spol. concl. 5. num. 28.
ubi num. 29., quod negligenti competat post-
modum remedium restitutionis in integrum
ex officio Judicis, data justa causa, ubi n. 3.
in minori, absente, & Ecclesia, quibus da-
retur restitutio in integrum, Capella Tollesana
decis. 487. circa finem de aquirenda possessione.

36 Undecimus effectus est, quod obliga-
tus ad factum, post contractam moram, &
negligentiam potest compelli à Judice, vel ad
factum, vel ad pœnam, vel ad utramque, vel
ad interesse tantum, non quod arbitrarium,
seu facultativum sit Judici compellere ad id,
quod sibi magis fuerit beneplacitum, vel pars
insteterit, sed juxta casuum, & obligationum
varietatem, nam quandoque obligatus ad fac-
tum, potest compelli præcisè ad factum, ut
quando obligatio est juramento firmata, quan-
doque solvendo interesse liberatur, quando-
que condemnatur ad pœnam, si in stipula-
tione erat apposita pœna, quandoque, & ad
factum, & ad pœnam si in stipulatione ad-
jecta sit pœna cum clausula rato manente pa-
cto, de quibus sunt tex. in l. si quis ab alio 13.
§. si quis promiserit ff. de re jud., l. in stipulatio-
nibus 54. §. operarum, & l. stipulariones 72. in
l. cum stipulatus 113. §. ult. ff. de verb. oblig., &
de hoc effectu latè tractat, Carleval. de judi-
ciis lib. 1. tit. 3. per totum, ubi ponit prædictum
effectum pro reg., deinde subsequitur ad no-
tando